

Etia cōmittendi delictum, tunc fraus præsumitur. Bos-

30 Tertiā est conjectura, qua dicitur, alienationē cen-

seri factam in fraudē fīcī, quando scilicet is, qui aliena-

nūt, perseverauit in possēdē rei alienatē. Nam tunc

differe ab illo, quando est facta titulō lucrativo.

Nam in hoc requiritur, quod is coniunctus, cui facta est vendi-

tio, debet esse particeps fraudis, ut scilicet possit fīcī

reuoicare bona illa in suo fraudē vendita. Ita docuit

Bart. in d.l. post contractū, num. 3. vers. 3.

Quid de venditione.

Ceterum is sanguine coniunctus præsumitur (inquit

Bart.) fraudē particeps, cum coniunctus presumpatur sci-

re facta coniuncti. l. octauj. ff. vnde cogva. & l. de tutela.

C. de integrum restituō minor. Et Bart. senti sunt

multi, & communē esse testatus Picus in d.l. post con-

tractū, num. 46. sed à Bart. & alijs dissentit Alciat. in d.

l. post contractū, n. 46. ver. rursus, in alienationē ea est

adductus ratione, quod fīcī coniunctus non præsumitur sci-

re facta coniuncti, cum sunt ex his, quae celari, & tegi so-

lent etiam coniunctis, ut probant l. tres fratres. & ibi An-

gel. s. de pāctis. Titius. §. 1. ff. de lib. & post hū. & l. quo-

niam. vbi Bal. C. de iure delib.

Est autem certum, delictu-

ros consueuisse consilia sua etiam coniunctissimē cel-

are, cum delicta solent clam perpetrari. l. vlt. ff. de ritu nu-

ptia. cap. vlt. de testib. cogen. & scribunt Dec. in conf. 64.

Nec repugnat (inquit Alciat.) quod hic coniunctus præ-

sumatur scire inimicitas huius coniuncti sui, quia, (aut ille)

præsumitur etiam, quod crediderit, eum fuisse vin-

dicatorum via iuri, nō autem gladio, & manu propria,

ut tradunt gloss. in l. 1. C. de his quib. vt indig. vbi Doct.

& Ias. in l. 1. num. 2. C. de seruis fog. Verum considera-

tio hēc Alciati vera mihi non videtur, quandoquidem

scientia inimici, uncta hac omoiū bonorum ven-

ditione arguit, coniunctū hunc emptorem sciuisse

saltem probabili conjectura ipsum venditorem delin-

quere voluisse, non autem quod via iuri esset illata

in iuriū vindicaturus.

Dubitant ac quæuent hic Doctores, quæ dicuntur con-

28 iuncta hac persona. Imola in d.l. post contractū, num.

9. docuit, esse illam, quæ est sub potestate ipsius alienan-

ti, atque ita cui is potest imperare, iux. l. pen. ff. de bo-

nis libert. Exemplum affertur in liberto ex d.l. penul. de

bon. liber. Affertur etiam in vxore, quæ dicitur coniunc-

ta persona viro, cum sint duo in carne vna. Ita in spe-

cie Alciat. in d.l. post contractū, num. 42. post Salice-

tum in l. si mater. C. de contrahē. enīpt. & idem script. Bo-

ssius in trac. causarum criminalium, in tit. de publica-

tionē bonorum, num. 52. vers. 2. limitator. qui clarē, &

egregie explicat. Est enim vxor sub mariti potestate, &

hic ei imperare potest, ut habetur Genes. cap. 4. & Plau-

tus in Afriaria, dum in Dementi persona conqueritur

his verbis. Argentatam accepi, dote imperium vendidi.

Idem dicimus de quois alio, qui absens negocia per-

tractare potest.

Nam, & is inter conjunctos habetur, ut alienatio om-

nium bonorum in eum facta, arguat fraudem, sic docuit

præcitatō in loco Alc. ex l. fed. & hæ. ff. de procur. & ex

sententia Ias. in leg. cum alienam. C. de leg. Idem dicimus

de amico magna amicitia coniuncto. Nam de eo idem

iudicamus, quod de sanguine coniuncto. l. in testamen-

to. ff. de fideicom. lib. iuncta l. h. c. consultissima. S. ex im-

perfecto. C. de test. c. requisisti. de test. Ias. in l. exigendi,

nu. 7. C. de procur. fraus itaque præsumitur eodem mo-

do in alienationē facta amico, sicuti quando fit coniunc-

to sanguine, sicuti in specie affīmatū Picus in d.l. post

contractū, numer. 46. & ibidem Alciat. numer. 42. &

Ioan. Annibal. num. 118. Et confirmatur hæc senten-

29 ex eo, quod amicitia fīcī est maioris ponderis, quam fra-

ternitas, ut scribit Alber. in l. fed. & hæ. ff. de procurat. &

a. ad rem script. in libr. 4. præsumpt. 73. vbi differui

de legato facto amico.

Declaratur secundū hac conjectura, ut locū non ha-

beat,

36 breviter, quando venditor reseravat sibi vsum fructū. Nā

tunc consentitur retinuisse possessionem causa ipsius vlus-

fructus. Ita in d.l. post contractū, n. 6. in fine. & ibidem

Picus. nu. 47. vers. 2. limita. Alc. nu. 44. vers. Item nō pro-

cedit. & Io. Annib. n. 131. Bossius in d.tit. de publica-

tionē bonorum, num. 49. vers. sed cum. Et iij quidem moti

ex l. quisquis. C. de donat. Quam tamen declarationem

37 intelligunt Picus, & Alciat. quādō ex fīcī qualitate

apparet, solum proprietatem venditam, aliā si pretium

etiam vſufructū æquivaleret, adhuc præsumptioni lo-

cus est, cum verisimile non sit eum, qui plenarij iuris

pretium dederit, nuda proprietate contentum fore. ar-

gum. l. cum de indebito, in princ. ff. de probat.

Declaratur tertio, ut locū non habeat hec conjectu-

ra, quando fīcī venditor modico tempore perseverauit

in possessione. Ita Bart. in d.l. post contractū, num. 5. &

ibid. Alciat. n. 46. Et intelligit Bart. hoc modicū tempus

relinqui iudicis arbitrio, qua de te script. in lib. 2. de ar-

bit. iud. casu 12. Et sufficere triennium respondit Bero.

in conf. 170. num. 9. in fin. lib. 1.

Declaratur quartū, ut locū non procedat hec conjectura,

39 quando fīcī emptor statim emptione facta, abesse à ciu-

itate cōcepit, vel decessit, reliquias impuberib. & igna-

ris celebrati cōtractus. Hoc casu cestat suspicio fraudis

ex possessione, in qua venditor perseverauit. Ita Bart. in

d.l. post contractū, nu. 5. vers. quid enim, & ibidem

Picus. nu. 47. vers. tertio limita. Ioan. Annib. num.

132. & Alciat. num. 46. & resp. 379. num. 2. Bossius in d.

tit. de publicationē bonorum, num. 49. vers. item limi-

tat. Hoc enim casu non præsumitur, venditorem stetisse

in possessione ob id quod facta, & simulata fuisset vendi-

to: sed ob negligentiam, & ignorantiam emptoris, vel

eius hæreditis. Censuit tamen Alciat. hoc relinquendum

esse iudicis arbitrio.

Quarta est conjectura qua dicimus, alienationē cen-

40 seri factā in fraudem fīcī, fīcī quando scilicet clam, & oc-

cultē facta fuit, Verum Bart. in d.l. post contractū, num.

7. vīsus est distinguere aliquot casūs, quōd primus est,

41 qādō alienatio facta fuit titulo lucrativo, & clam, nulla ta-

men præcedente causa, seu conjectura committendi de-

lictum. Hoc casu (inquit Bart.) non præsumitur fraude

donatū. Non enim ex eo solo, qādō clam donatū, præ-

sumitur fraude donatū: cum actus donandi sit sui

natura licitus, & propterea quouis in loco fieri potest. Et

præterea (vt dicebat Picus ibid. num. 55.) clam forte do-

nuit timens ab aliquo impediti, ut à Tyranno, vel ab

agnatis. Quocirca male sensit Imol. in d.l. post contra-

tractū. dum aduersus Bar. & ceteros omnes existimauit,

solanū clandestinitatem arguere donationem fuisse

fraude factam.

42 Secundus est casus, fīcī quando donatio fuit clā facta, &

concurrit aliqua caūla, seu conjectura cōmittēdō fra-

dis, ut si extant graves inimicitia. Ita Bart. in d.l. post

contractū, num. 7. in fin. Picus. num. 54. Io. Annib. num.

158. & Alc. num. 48. vers. hīc consequens. Dec. in conf.

235. col. 2. vers. quarta est præsumptio. Sigismundus

Loffodus in conf. 21. col. 2. Blancus in trac. de indicis,

num. 88. vers. 4. est. Bossius in trac. causarum criminis,

num. 51. Et præcitatō in loco.

43 Tertius est casus, fīcī quando alienatio clam titulo oneroso

facta fuit, existente alia causa, seu conjectura delinqūdi-

Hoc et casu præsumitur alienatio fraude facta. Ita Bart.

in d.l. post contractū, num. 7. quem secuti sunt Picus,

& reliqui supra allegati.

Existimauit tamen Bart. hoc in casu requiri, qādō emptor fuerit fraudis particeps, ut revo-

cationis locus sit. Et Bart. secuti sunt ibid. Alciat. nu. 48.

& Io. Annib. num. 154. ex sententia Bald. in Rub. C. de

stit, de duob. reis. Ceterum (subiungit Alc.) si specialiter
conventum esset, quod monachi in casu quoque con-
fiscationis soluerent, tunc posset fiscus alienatione fun-
di, tanquam factam in fraudem renocare, quo casu, re-
euista, monachi amplius non tenerentur, l. vendicante,
ff. de em. i. ius emphyticum. C. de fundis patrimo. l. 11.

Declaratur secundo, vt locum non habeat hæc conjectura, quando agitur non de bonis delinquentis, sed alterius, ut si vendo, & vel dono tibi bona mea, adjicio pa-
ctum, quod si contigerit te delictum aliquod committere,
bona hæc peruenient ad Caenum. Hoc casu non dicitur in
fraudem fisci adiecit p. a. cum mihi licuerit rei meæ
legem imponere, ea lege. C. de cond. ob caus. & le. quo-
ties. C. de dona, quæ sub modo. Et propterea iure prohibi-
tore potui alienationem hanc, quæ alioqui ex delicto ad
fisci commodum sequeretur, quemadmodum, & ceteris
in casibus res alienati prohibiti, publicari non possunt,
l. Imperator. ff. de fideicom. lib. vbi Bar. & scribunt Alex.
in cons. 23. lib. 1. Ias. in l. filius. §. Diu. in 6. not. de leg.
1. & in specie nostra sic declarat Alc. in d.l. post contra-
ctum, nu. 68. vbi nu. 69. in fin. vers. putarem scribit, hanc
declarationem maximè procedere, quando prohibitio
non loqueretur specialiter de fisco, sed generaliter tan-
tum prohiberet alienationem. Et rursus idem Alc. ibid.
num 69. subiungit egregiam hanc questionem. Quid si
statutum (quod Ferraria extare aliquando intellexi)
huiusmodi prohibitions etiam à tertio fieri vetet, &
presumat in fraudem fisci factas? Respondet Alcia. sta-
tutum non valere nisi eo in casu, in quo constaret delin-
quente ea fiducia deliquerisse, quia videret huiusmodi
prohibitionem rem sibi in toto aduersus fiscum fore. Nam
alias (inquit Alc.) statutū esset iniquum, quia sub colore
coercendi facinosos, fiscum locupletaret, arg. l. 2. vers.
ne in his. C. de sc. nup. & quia absq. probabili causa
auferret liberis hominibus facultatem disponendi de
rebus suis, contra l. non vsq. adeo. ff. si quis a paten. fuer.
manum. l. 1. C. de sacros. eccl.

Declaratur tertio, vt locum non habeat hæc conjectu-
ra, quando donatio sub ea conditione, & pacto, si conti-
gerit bona mea publicari, teneatis me alere. Hoc casu
Alc. in d.l. post contractum, n. 70. ff. de don. docuit, cef-
sare conjecturam fraudis, quātum pertinet ad alimenta,
quæ etiā publicatis bonis debentur, l. 3. ff. de his quæ pro-
non script. Quod intelligit Alciat. nisi ex eo delicto con-
demnatus, & pro hoste publico, dispositione statuti, ha-
beretur. Nam tunc alimenta ei nō debentur, cum, & occi-
didi possit, lib. 1. C. de bonis lib. & tradit Bart. in sua q. 1.

Declaratur quartio, vt cessest hæc conjectura, quando
pactum ita factū est, vt potius abstineret a delicto, quam
vt delinqueres, utputa. Promisiisti mihi, & hæredib. meis
53 mille, si homicidii cōmitteres. Cōmisisti, & aufugisti, si
fiscus occupat bona tua, an ego vel hæres mei cosequui
a te possint mille promissa? Et dicendum est, cōsequeisti me
posse, cum mea ipsa stipulatio non inquiet te ad delin-
quendum, sed vt abstineas metu poenæ. Et propterea in
fraudem fisci non presumat facta. Ita declarat Alciat. in
dicit. leg. post contractum, num. 70. vers. 6. sed finge.

Sexta est conjectura, quando alienatione facta is alien-
54 nans del. quit, & in ipso delictim deprehensus est. Nam
tunc presumitur donatio metu cōficiendi pœna, ita ma-
nifeste Bald. in l. si quis post hac, nume. 2. vers. quinto si
alienatio. C. de bon. proscript. nu. 68. vers. septimam præ-
sumptionem. & apertius Alc. num. 39. ex sententi Bart.
ibi. col. 1. ex l. vlt. §. Papiniianus. ff. de bon. eorum, qui sibi
mor. consci. Hæc tamen conjectura potius conuenit se-
cundo tempori, de quo Bar. in d.l. post contractum, nu.
52. etiā Picus sub primo hoc tempore collocauerit.

Extenditur primò hæc conjectura, vt locum habeat
55 etiā in eo, qui notoriè deliquerit, & deinde alienauit. Ita Pi-
cus in d.l. post contractum, num. 8. & Alc. num. 29. vers.

56 & quod, Nam no. oriet delinquens, & equiparatur ei, qui
in ipso crimine dep. ehenus fuit, glos. l. emporem. ff. de
act. emp. & Doct. in c. 1. cum non ab homine, de iudicij.
Et hoc notorium inter lexit Picus in d.l. post contractum,
nume. 68. vers. octauan. addit. quando constat per publi-
cam vocem, & famam, & citat Castr. ibidem, & Ang. in
d.l. si quis post hac, col. 1. C. de bonis proscript.

57 Extenditur secundò, vt procedat etiā in cōtumaciam
tum, qui vult au fugere, vel au fugit. Nam, & is in fraudem a-
lienasse presumitur. l. vlt. in fin. ff. de req. fisc. Ita in spe-
cie docuit Alc. in d.l. post contractum, num. 29. vers. ce-
terum, qui ob id subiungit, quod hodie dispositionibus
statutorum, quæ multis in locis vigent, vt contumaces
habeantur pro confessis, & cōvictis, iuxta tradita à Bar.
in l. omne. ff. de re milita, alienationes ab eis factæ, per
fraudem factæ presumentur.

Declaratur primò hæc conjectura, vt locum non ha-
beat, quando quis f. alienauit, deinde de delicto in con-
tumacia fuit condemnatus. Hoc sanè casu, sola ipsa con-
tumacia non arguit, quod per fraudem iam alienauerit.
Ita declarat Alciatus in d.l. post contractum, numer. 31.
58 & in resp. 125. nu. 9. Ea vñs est ratione, quia cōtumacia
inductus quandam tacitam, factamque confessionem.
l. 2. §. 1. ff. de iure fisci. & l. ff. l. 1. l. 2. ff. de interrog. & actio.
At facta confessione nil detinet operari in detrimentum do-
natariorum, vel emporiorum. l. eius qui in fine, vbi Bart. ff. de iure
fisci. & idem Bart. in l. cum filius, in prin. ff. de verb. obli.
59 Et præterea, sententia lata cōtra cōtumaciam nō nocet cre-
ditori. l. præses. C. de pign. & l. Papi. §. meminisse. ff. de
60 inoff. testam. Et rursus, quia presumptio facta contra
delinquentem eius personam egredi non debet, neque
trahi ad eum, qui culpa conscientis non est. Batt. in l. si
quando. C. vnde vi. & Dec. in cons. 4. 10. vers. quarti.
Quocirca (subiungit Alc.) se aliquando respondit, quod
cum principis decreto cōtum est, quod donationes
factæ à reo intra biennium, ante patratum crimen, fia-
de facta presumentur, & reus per contumaciam fuisse
ficti damnum, non presumit fraude donatum in detrimentum
donatariorum, cum illa sit quædam facta tacitaque con-
fessio, quæ alteri non noget. Quæ declaratio egregia est
ad Decretū Mediolani, in quo id cōtum est, vt Alc. scri-
psit, sicuti huius Decreti meminit Bossi. in d. tit. de pu-
blicatione bonorum, num. 44. Immo subiungit Alciat. in
d.l. post contractum, nume. 33. se fortius putare, quod si
aliquis sua confessione facta damnum sit, cum alteri nō ap-
pareret de delicto, hoc empori, vel donatario nocere nō
posse. l. 1. §. item illud. ff. ad S. C. Syl. Nam scuti ip-
se vendor, vel donator, non posset hos cōtractus refu-
dere. l. sicut. C. de actio. & obl. ita nec sua confessione in-
61 direc. nocere potest. Ita dicimus confessionem cedentis,
nocere non posse cōfessionario. l. facta. §. si hæres. ff. ad
62 Trebel. sic. & sententia lata contra f. debitorē, non noce-
re creditori post pignus contractum. l. si superatus. ff. de
pign. Nec repugnat anoritas Bart. in d.l. filius. n. 5. de
verb. oblig. quia secundum Alciatum loquitur, quando
delictum p. a. cessit donationem, non autem quando sub
secutum est. Item (ait Alc.) intelligi debet, quando con-
fessio est verisimilis, vt quia adessent indicia. iuxta l. que-
ro. in fin. ff. edil. ed. nec donatarius contrariū proba-
te velle. l. 2. §. 1. ff. si ex nox. causa aga. & in specie respō-
dit Comens. in cons. 155. col. 3. Hæc tamen traditio non
63 habet locum, quando probaretur confessio f. alienantem
ante ipsam alienationem, vt si dixisset, quod volvbat alie-
nate facta, & simulate. ita Soc. sen. in cons. 264. col. 2. vers.
64. arguitur. lib. 2. Idem quando ad instantiam partis fa-
cta est confessio, quo ad præiudicium ipsius confitentis,
vt loquitur Bero. in cons. 170. num. 11. lib. 1.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hæc conjectura,
56 & quod alienatio facta fuisset ex causa necessaria,
vt puta alimentorum, donis, & simili. Ita Alc. in d.l. post
contra-

contractum, num. 34. & dixi supra in prima conjectura.
68 Septima est conjectura, quando reus est de crimine &
accusatus, & post ipsam accusationem alienat. Hoc casu
presumitur alienans, vt fraudaret fiscum. Ita Picus in d.
l. post contractum, num. 68. vers. nonam adde, post Imo.
ibi in 6. Ang. & Salic. in l. si quis post hac col. pen. Co. de
bonis proscript. ac Gem. & alios in ca. cum secundum. in
ff. princ. de hæret. in 6.

69 Octava est conjectura, quando ipse alienans & protu-
lisset aliqua verba ante alienationem, quib. conjici pos-
set, eum cogitasse de futuro delicto, puta si minando di-
xisset, prouidebo rebus meis, deinde noui aliquid facia.
Hoc calu tecuto delicto post alienationem, illa fraude
presumetur facta. Ita Picus in d.l. post contractum, nu.
68. vers. decimam, & ultimam, qui motus est auctoritate
Bar. in l. vlt. ff. de his, quæ in fraudem cred. & Bald. ac
Alex. in l. metum. C. quod metus causa, dum similis. in
casibus loquuntur. Egregie est Alc. in l. si maior. la. 1. ver-
fic. 7. cum. l. de transac.

Hæc tenus de donatione facta inter vivos, sed dubita-
ri etiam contingit, quid si causa mortis donatum est, an
& hæc revocetur ad commodum fisci, secuta condemna-
tione donantis ob perpetratum delictum? Et dicendum
70 est, donationem hanc censeri revocatam, etiam quod
sine fraude facta sit. l. si aliquis ff. de donatio. causa mor-
tis, inuncta l. eius, qui ff. de testam. sic dicimus donationē
causa mortis factam à liberto presumi factam in fraude
patroni, & ob id revocari posse. Ita Lucas de Pen-
na in l. 3. præsumpt. 3. C. de epochis publ. lib. 10. Hæc tñ
71 sententia locum non habet, in donatione facta & vxori,
quia eam à fisco defendere poterit, & stat in pendent. Nam
si maritus eam non revocat, remanet penes ipsam
vxorem, post mortem mariti, si autem revocat acquirit
sibi, quia futura non eniunt in confisationem. Ita
probat l. fed etiā mors. ff. de don. inter vir. & vxo. Ex quo
sumitur cautela contra fiscum, quod timens ne propter
delictum fiscus bona sua inudat, donet ea causa mortis
vxori, quia si bona publicabitur, non comprehendetur
hæc vxori donata. Ita singulärer docuit Bald. in l.
executorem, col. 9. vers. quæro, quidam timens. C. de ex-
ecut. rei jud. quem scuti sunt Cast. Rom. in d.l. post co-
tractum. ff. de don. Ias. in l. si stipulatus fuerit. §. cum
stipulamur. ff. de verb. obligat. & Natta in cons. 540.
in fine lib. 3.

Differamus nunc de alienatione bonorum facta in fra-
dem creditorum, an scilicet, & quando illa presumatur?
72 & quidem dicimus, regulariter fraudem non presumari,
vt artigimus supra.

Recedimus tamen à prædicta regula conjecturis, &
præsumptioibus, sicuti in specie annotarunt permulti
Doc. quos infra commemorabimus.

Et hæc quidem conjectura ducuntur, vel à qualitate
personæ debitoris alienantis, vel à qualitate, & quanti-
tate bonorum alienatorum, vel qualitate personæ, in
quam facta est alienatio, vel à qualitate, & forma nume-
rationis pecunia facta alijs creditoribus. De singulis di-
cendum est.

Prima itaque conjectura, & præsumptio est, quæ duci-
tur à persona ipsa debitoris, sicuti est illa decoctoris,

73 & quem fraudatore appellat Pap. in l. quod priuilegiū.
ff. depositi, si iungatur cum §. quoties. legis præcedentis,
quæ Vlpiani est, sic & Bald. in consil. 382. in q. Milani. in
fine. & in consil. 400. In scribis Thesauraria. l. 5. dixit, hos
presumi fraudatores, & deceptores, & Baldum scuti
sunt congesti à Benuenuto Stracca in tract. de mercatu-
ra. in tit. de decoctoris in 3. par. num. 1. & num. 23. re-
cenſerit etiam Bar. affirmantem, bonam esse consequen-
tiā, fallitus ergo fraudator, solent enim (subiungit Be-
venut. n. 24.) decoctores intricaterationes tam in codi-

cibus quam in aduersarijs in detrimentum creditorum,
ex quo dolus malus presumitur. l. summa cum ratione.
ff. de pecul. & l. quidam. ff. de in rem verso. vbi gloss. &
tradit. Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 37. Inst. de
actio. solent etiam ij decoctores committere alia multa,
quæ eorum fraudem argunt, vt quod ipsum Benuenu-
tum, num. 26. & multis sequentibus. Est etiam conjectu-
ra fraudis ducta à qualitate personæ debitoris, vt si quis
humilis, & deplorat vitæ obligationem exhiberet ma-
ioris summa, quam vt verisimile sit eum speraturū fuisse.
Ita Alcia. in l. si maior. in fin. C. de transac. post Curt.
Sen. in conf. 56. in fin. ff. adducti ambo tex. l. si quis ex argen-
tarijs. §. 1. ff. de eden.

Secunda est conjectura, quæ sumitur à qualitate, &
quantitate bonorum ab ipso debitore alienatorum, sicut
74 ti quando titulo lucrativo alienauerit omnia & boua. l.
omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraudem credit. & ibi
gl. & Bar. sic & Ias. in §. item si quis in fraudem, n. 34. In-
stit. de actio. & ibidem copioso Gomeſ. nu. 18. qui dixit,
præsumi fraudem etiam ex parte donatarij. Et predictos
fecutus est Benuenutus in d. tit. de decoctoris, nu-
mer. 29.

Extenditur primò hic casus, vt locum habeat etiam
75 in alienatione omnium bonorum facta titulo oneroso, &
vt puta venditionis. Ita Bart. in d. §. Lucius. & in l. quite
stamentum. ff. de probat. & in l. post contractum. n. 7. ff.
de dona. Ias. in d. §. item si quis in fraudem, num. 34. In-
stit. de actio. & ibid. Gomeſ. n. 18. qui dixit, fraudem hoc
in casu non presumti ex parte emporis, extensionem
hanc probauit & Ludovic. Pegue. in decisi. crim cap. vlt.
num. 2.

Caterum hanc traditionem intelligunt Imol. & Ro-
ma, in d.l. post contractum, & Soc. Sen. in conf. 14. num.
76 7. li. 4. procedere, quando venditio hæc facta fuit multo
& minori pretio quam valent bona ipsa, & idem affirmauit Benuen. in d. tit. de decoctoris, par. 3. num. 2. post
Iasonem in d. §. item si quis in fraudem, num. 35. & ibi-
dem Gomeſ. num. 19. qui pariter dixit, hoc etiam casu
non presumti fraudem ex parte ipsius emporis, nisi sit
persona suspecta, vt puta sanguine coniuncta. Et simile
de locatione multo minori pretio facta in fraudem con-
sanguinei, qui rem venditam potest redimere, tradit Ti-
raqu. de retrac. consang. §. 1. gloss. 7. num. 75. vers. pri-
mum igitur.

Extenditur secundò, vt locum habeat etiam in credi-
77 tore alienante maiorem partem & bonorum. Ita glos. &
Barto. in l. nomen. §. filio. de leg. 3. Ias. in d. §. item si quis
in fraudem, num. 36. & Gomeſ. num. 20. Peguera vbi sup.
& ibidem n. 9. quando alienauit prætiosiora.

Extenditur tertio, vt procedat etiam in alienante res
78 magis pretiosas. & Ita Ang. in d. §. Lucius. in l. Marcell.
l. res quæ. ff. ad Trebl. & in l. vltim. C. de stipu. seruo.
Ias. in d. §. item si quis in fraudem, n. 37. & Gomeſ. n. 20.
vers. dictum tamen. Qui quidem dixerunt, text. l. summa
ratione. ff. de peculio, allegatum ab Angelo, nō pro-
bare, & propterea ea ratione vñs est Gomeſ. quod alien-
ando res pretiosiores, videtur alienare maiore partem
bonorum. Quæ sanè ratio si exactè perpendatur, non ad
huc multum satisfacit.

Extenditur quartò, vt locum habeat etiam, quando
79 non simul, & semel, sed particulatum & interpellatum
bona ipsa à prædicto creditore fuerunt alienata. Ita
Bart. in l. nomen. §. filio. de leg. 3. Bal. in l. q. 4. C. de his
qua in fraudem credit. in l. 2. C. de repudia. hæred. & in
l. 1. in fin. C. qui bonis cedere poss. Ang. in dic. l. omnes.
§. Luc. ff. de his quæ in fraudem credit. Anch. in cōs. 57.
col. 1. Ias. in d. §. item si quis in fraudem, nu. 38. Instit. de
actio. & Gomeſ. num. 20. ver. item ampliatur tertio, qui nu.
22. distinguic conciliando opiniones.